Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.
Wien, 1800 Seite 1659
Quelle:
Copyright:

repraesentat. Porrigitur haec *Pars* a *Cap.* LXII. Exemplaris latini usque ad *Cap.* L. *Partis* ejus alterius, sed numerationem orditur a I. et procedit more gallico ad IIII-XXI. id est LXXXI. quod *Caput* in Elencho ad calcem inscribitur: *Dela ventilacion de laire ou derrenier iugement.* Restant igitur totius Operis latini *Capita* XXXIX. pro *Parte* III. Atqui *Pars* haec III. non comparet. Igitur *Ms.* nostrum idem fatum habuit, quod illud, quod describit e Bibliotheca Ducis *Vallerii Deburius l. cit.* cujus *Pars* III. pariter distracta alium Possessorem primum *Antverpiae* habuit, dein *Bruxellis* nacta est. Extitisse olim *Partem* III. nostri, vel e Clausulis *Partis* I. et II. arguo: *Cy fine la table des chapitres du premier volume du liure de vita christi. Deo gracias. Cy fine la table des chapitres de ce second volume;* nulla de fine *totius* Operis facta mentione.

DCXCVII.

E. 56 Codex membraneus gall. Sec. XV. Folior. 265. 4. maj. per duas columnas eleganter exaratus, literis Opusculorum initialibus, et passim etiam marginibus deauratis et picturatis Συλλογη Tractatuum piorum est, quos enumerabimus. I. *Ce est le iardin de lame.* Sed erravit Librarius, ut e *Cod.* clausula liquebit. Scribendum erat: *le liure de la mort.* totus enim Libellus de Morte tractat hoc initio: *Len seut dire. que en uis muert qui apris ne la. Apren a mourir si sauras bien uiure* &c. Ita rudis toto *Codice* lingua est.

II. *fol.* 23. *Ci apres commencent les VII. pechiez mortieux et leur branches.* Initium: *Qui ne donne que aime. ne pren que desirre* &c.

III. *fol.* 91. p. 2. *Ci commance le liure du iardin de la sainte ame.* Initium: *La sainte escripture comporte lame a un bjau iardin plain de verdure* &c. En, quo pertinuerit Titulus toti *Codici* praefixus.

IV. *fol.* 196. *Ci comence li liures comment len doit garder le cuer en nostre seingneur.* Initium: *Omni custodia serua cor tuum. A toi ame qui te dois connoistre. que tant as de sens* &c.

V. *fol.* 213. p. 2. *Ci commence la uie mon seingneur saint symeon.* Initium: *Saint symeon li bon eureus* (heureux) *fu esleu de dieu du uentre sa mere et pensoit de lenfance les euures* (œuvres) *plesanz a dieu* &c. E clausula: *Et ie poure et bas anthoine pechierres selon mon pouer ai faite briement ceste lecon* &c. adparet, Vitam hanc esse ab *Antonio Simeonis* τȣ ϛυλιτȣ discipulo conscriptam, quam exhibet *Herib. Rosweydus* in *Vitt. PP.* L. I.

VI. *fol.* 223. p. 2. *Ci commance lenseignement des philosophes de celle clergie* (classis vel generis Scriptorum) *qui est apelee moralite.* Initium: *Talent mest pris. que ie racontasse lenseingnement des philosophes* &c. Praecipuas partes agunt *Cicero* et *Seneca.* Ad calcem: *Ci fine li liures des moralites.*

VII.